



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Quis possit dispensare ad perendum debitum, si superveniat Conjugibus
Affinitas ex Copula illicita? Caput VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

CAPUT VI.

Quis possit dispensare ad petendum debitum, si quando conjugibus superveniat dicta Affinitas ex copula illicita?

1. Quomodo oriatur hoc impedimentum diximus supra, a hic, quisnam illud dispensare potest, erit breviter dicendum.

Potest Primò, Episcopus respectu suarum ovium, etiam si aditus facilis sit ad Summum Pontificem, nulla que urgeat peculiaris necessitas, idque saltem ex consuetudine jam legitime introducta, ut habet Pontius, b alii que, c. 12. n. 9. quidquid neget Hurtadus. c. Eius Vicarius non potest, nisi ipsi specialiter ab Episcopo ejusmodi potestas concedatur, quia est regula generalis apud Merollam, d aliosque ab ipso citatos, Vicarium ex generali commissione Vicariatus, non posse ea, quae sunt voluntariae Jurisdictionis, sed solum, quae sunt Jurisdictionis necessariae; at dispensare, est actus Jurisdictionis voluntariae, ut omnes apud d. 2. 6. diff. eundem docent.

2. Potest, Secundò, Commissarius Bullae Cruc. sic enim habet Bulla:

Item Commissario datur facultas dispensandi in simili Affinitatis impedimento super debiti exactione in eodem foro conscientiae tantum.

3. An pro hac dispensatione, danda sit eleemosyna, dictum est C. praecedente num. 15.

4. Rodriquez, e & Villalobos extendunt hanc facultatem Commissarii, ut possit dispensare ad petendum debitum cum conjugee, cui id interdicitur ratione cognationis spiritualis contractae, cum altero conjugee. Sed merito eos refellit Sanchez, f alii que, quia Commissario solum conceditur dispensatio ad petendum debitum, quando impedimentum supervenit ex Affinitate orta ex copula illicita: at cognatio spiritualis nullo modo dicitur Affinitas. Quare à diversis non potest fieri illatio. Neque dicas, concessio majori, intelligitur concessum minus, id enim verum habet, quando minus continetur in majori, non vero, quando est diversum.

a Supra Tr. 1. c. 12. §. 3.

b Font. l. 8. c. 12. n. 9. Sanc. l. 8. matr. d. 12. n. 15. Casp. de spons. d. 4. p. ult. §. 1. nu. 16. c. G. Hurt. d. 2. 6. diff. 2. n. 8. de matr. d. Meroll. T. 3. d. 7. de Jurisd. Vic. c. 6. a nu. 128.

e Rodriq. & Villalob. apud Ba. di. de Bull. Cr. p. 3. tr. 3. c. §. nu. 2. f Sanc. l. 8. matr. d. 15 nu. 13. Trull. a. pud Bard. & ipse Bard. l. c.

5. Religiosi privilegiati, quales sunt, qui communicant cum nostris Privilegiis possunt in praedicto casu Affinitatis supervenientis dispensare ad petendum; etiam post ablata viva vocis oracula, quia hoc Privilegium habetur per Bullam, ut fusc probat Thomas & Hurtadus, idem dicens de dispensatione ad petendum debitum ab eo, qui cum Voto simplici Castitatis Matrimonium celebravit.

6. Duo adverte. Primò, pro nostris requiri, ut communicationem hujus Privilegii concedat Pater Generalis, vel Provincialis, ita enim id restrinxit nobis idem P. Generalis.

7. Secundò. Dispensationem hanc posteriorem ad petendum debitum ab eo, qui cum dicto Voto iavit Matrimonium non posse dispensari à Commissario Cruciatæ, quia hoc ipsi nullibi conceditur.

8. Quæres. Potestne Episcopus? Respondeo, negat Gaspar b Hurtadus, quia id esset h. G. (inquit) dispensare in Voto Castitatis, quoad aliquem actum, ad quem non se extendit Episcopi potestas, quia Votum Castitatis est Summo Pontifici reservatum. Sed profecto affirmandum, puto, idque saltem ex consuetudine, ut i alibi dixi, (quem locum recolere, i L. 3. non erit inutile, quia ad rem multa) idem que docet merito Castropalaus. k

CAPUT VII.

De causis dispensandi in impedimentis Matrimonii.

§. I.

Præmittuntur aliqua de his causis in universum.

1. AD Dispensationem quamcumque requiri causam rationabilem, & que proportionatam, sæpè diximus in casibus Sanchez, l alii que, qua deficiente, dispensatio ab Inferiore in lege Superioris facta, illicita est & nulla; sed in valida, licet illicita, si fiat (ut etiam si à te petatur) à Superiore, vel ab Inferiore in propria lege.

2. Et quidem Cajetanus n peccare mortaliter ait Superiorem, si sine causa dispenset in sua, vel Prædecessoris lege, nisi parvitas materiae

g. Th. H. p. 2. m. q. 11. l. 1. an. 1. 1193. G. Hurt. d. 2. 6. matr. diff. 2. n. 1. Lett. n. 1. Resp. 2. art. 1. G. Font. l. c. n. 3. L. 3. m. Decal. 16. §. 4. 43. k Casp. de spons. d. 4. p. ult. §. 1. n. 17. l Sanc. l. 8. matr. d. 15. Casp. de spons. d. 4. p. ult. §. 1. n. 17. n. Cajet. m. aliquid in Sanc. matr. d. 15. n. 17. tenet